Omia orta pereunt, auctaq senescunt

591

N. Inv. 591. ~~Ptolomei~~

Magna compositio Ptolomei

AA III
60.

Claudetur [illegible]

In obedientia [illegible] [illegible] et [illegible]

Melancolia est optima pro studio et ideo aliqui [illegible] in melancolia [illegible] assiduo studio

Mars [illegible] et [illegible] dat [illegible] talis facundus [illegible] [illegible] [illegible] sermonis subtilitas linguae et [illegible] [illegible]

[illegible] Saturnus [illegible] complexioni melancolie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] optima ad cognitionem et [illegible] rerum [illegible] [illegible] [illegible] sine [illegible] [illegible] ad cognitionem rerum [illegible] [illegible] [illegible]

Libra est signum bonum [illegible] [illegible] calidum et humidum

314

In signo [illegible] bonum [illegible] [illegible]
signo mobili [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] luna [illegible] in signo fixo [illegible] [illegible] [illegible]

1

Si puer [illegible] applicare ad [illegible] [illegible] [illegible] in signo fixo [illegible] [illegible] [illegible] applicare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] constans in studio

Orbis [illegible] [illegible] [illegible] ambitu [illegible] spiritus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

vertigo
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] correspondent [illegible] [illegible] [illegible]

1590 Sol [illegible] menor terra

Vertigo [illegible] [illegible] composita [illegible] [illegible] et [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quanto corpus [illegible] tanto [illegible] [illegible] apparet [illegible] [illegible] [illegible]

Sol [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible]

Magne composicionis ptholomei libri a Georgio Trapesuntio traducti incipiunt foeliciter. Prefacio auctoris Capitulum primum

Recte optime mihi videntur o Syre qui vere
philosophati sunt speculativam philosophie partem ab
activa separasse. Nam et si active ac-
cidat ipsi ut prius speculativa sit magna
tamen differentiam in ipsis invenies non solum quia
non nulle virtutes morales absque disci-
plina quam multis inesse possunt, cum speculationem universorum
sine doctrina consequi impossibile sit. Verum maxima etiam
quia utilitas in altera ex frequenti actione que in ipsis
rebus versatur in altera ex progressu speculationum fieri
solet. Hinc opus esse nobis putavimus ut actiones
quidem cogitandi motibus sic temperemus quod ne in mi-
nimis quidem consideracionis eius obliviscamur que ad
pulcra ordinataque mentis constitucionem perducat. Ocium
autem magis ad doctrinam theorematum que plurima
pulcherrima quidem sunt et precipue illorum que proprie mathema-
tica dicuntur conferamus. Commode namque admodum Aristo-
teles speculativam philosophiam in tria rursus genera partitur
physicum mathematicum theologicum. Nam cum res omnes ex
materia et forma et motu consistant quorum singula seorsum quidem
inesse ~~[illegible]~~ seorsum a subiecto inspici possunt intelli-
gi tamen sine reliquis possunt. Prima quidem causam omni-
um motus, si quis in simplicitate accipi-
at deum invisibilem atque immobilem esse arbitrabitur et
doctrine genus quod in hoc versatur theologicum ap-
pellant. Altissima enim mundi actus hic subest et
a sensibilibus omnino substanciis separata super illa penitus
intelligitur. Genus autem quod materiales qualitates que
semper moventur inquirit physicum: quod ut molle ac dulce al-
bum et calidum et similia versatur maxime physicum in corruptibilibus
et in corruptibilibus plerumque et sublunari
orbe invenitur. Sed autem formarum progressorumque
motuum naturam ostendit figure insuper ac magnitudi-
nis et ad hec magnitudinis loci temporis atque situs

coniectura iudicatur, id doctius genus mathematicum esse diffi-
niet. Quippe res iste inter duas superiores consistunt non
solum quia et sensu et absque sensu percipi possunt verum etiam
quia omnibus simpliciter rebus tam mortalibus quam
immortalibus accidant. Et in his quidem que semper mu-
tantur secundum separabilem formam ~~contrarie~~ continue
in his vero que ex quinta natura ac etherea sunt immu-
tabilem formam semper servet quod licet hunc intelle-
ximus. Duo speculationis genera coniectura magis quam
scientie nomine appellari posse. Cum theologicum
incomprehensibile penitus atque invisibile sit. Naturale
autem propter instabilitatem obscure materie vix percipi
possit atque propterea numquam de eo convenire posse phi-
losophantes arbitrentur. Solum mathematicum posse phi-
losophantibus de eo utatur firma et immutabilem scientiam afferat si quis re-
quirendo arithmetica geometria quia vera et
certe procedit a quibus dubitatio longe abest. Pla-
cuit hinc igitur in rebus maxime subvenire pre-
cipue illi eius parti que de divinis atque celestibus re-
bus est. Sola enim hec de perpetuis que semper eodem
modo se habent considerat. Et propterea ipsa quoque possit sine
confusione semper eodem se habere ac percipi sed proprium
suum. Et ad ceteras quoque genera non minus quam illa ipsa con-
ferre. Videtur enim ad theologicum genus maxime prestat
via sola cum propter propinquitatem accidentium sen-
sibilibus subiectis a immobilibus quidem motis quoque perpetuis
vero atque impassibilibus motibus quo ipsis motum quo-
ordinis immobile et separatum actum inesse quomodo
potest. Ad naturale quoque genus non parum conducit. Cum omnis
corporis materialis proprietas a progressionum motionibus loca-
libus apprehendatur velut corruptibile atque quidem
atque incorruptibile a recta atque circulari. Grave atque
leve aut passivum atque activum ab eo quod est medium
atque ad medio. Verum etiam agendi quoque mores hones-
tum enim propter divinarum rerum similitudine ordinem et
mensuram facit perpetuis amatores quoque ~~huius~~ divine
huius pulchritudinis studiosis inspexit et ad simile

anime statum quasi natura propter speculandi consuetudi-
nem deducit. Nos igitur ipsi quoque amore specu-
lationis rerum sempiternarum continue augere volentes
que quidem inventa hactenus sunt ab his dedu-
cimus qui vere conquisite huius disciplinis inheserunt
et ipsi tantum afferre atque conari curamus quantum fere tem-
pus quod inter nos et illos intersunt addidit. Et quecumque
igitur ad presens lucere clarius exprimimus ea omnia
quam breviter apte quoque ut vel qui aliquantulum in de-
sidiis progressi sunt queant prope commentari conabi-
mur. Verum ut absolute negotium hoc tractetur cuncta
que ad intelligenda celestia conferunt serie suis locis expo-
nemus sine longa non oratione contexit, que qui-
dem a priscis exacte inventa sunt ea breviter enar-
rabimus. Sine vero ut modo ut non quidem perfecta
sunt ea pro facultate nostra latius exponemus.

De ordine huius doctrine capitulum secundum

Propositum autem negotii huius illud precedit
ut videlicet terre totius habitudinem ad totum
celum comprehendamus. Particularium vero que deinceps
sequuntur primum est ut de obliqui circuli
situ et locorum habitabilium consideremus. Et adhuc de
differentia que in ordine temporis inclinationis propria cuiusque
orizonta alterius loci ad alterum sit. Hec enim consideratio
si precesserit faciliorem ad considerandam reliqua viam
prebebit. Alterum ut de solari motu atque lunari et
de accidentibus suis doctrinam afferamus. Ita nisi quis
hec prius tenuerit non erit perfecte stellarum prope cuncta
ista tunc ad completum fiat sermo de stellis que quasi
ad orbem stellarum pertinet quas fixas appellare solet
nunc procedent. Sequentur autem que ad erraticas
pertinet accomodantur. Hec similia principiis ad inveni-
endum et quasi fundamentis usi pertinent hiis que appa-
rent perfectum celestibus compararet nostris que observa-
tionibus demonstrare conabimur. Apprehensionis vero
que sequuntur lineari demonstrationis via ac ratione
accomodabimus. Ut igitur capitulum precedat

huiusmodi est quod celum spericum est et globi convolui-
tur. terra vero sensu figura quidem, si partibus universis
capiatur, sperica; quantum ad sensum sperica est atque globo-
sa. situ vero in medio totius celi centro similima
collocatur. Magnitudine autem atque distantia ad fixarum
stellarum speram tamquam punctum se habet. Sed et nullo
progressivo motu movetur. De quorum singulis pauca bre-
viter ut in memoriam reducantur nobis proposita sunt.

Quod spere ac globi modo celum convolvitur capitulum iii

Prima igitur horum ab huiusmodi observatione
visibile a priscis in hominibus inventa
videntur. Solem enim et lunam aliasque
stellas ab ortu semper ad occasum in equidistan-
tibus invicem circulis ferri videbant, ita ut incipientes
ab inferioribus quasi ab ipsa terra sursum ferantur, paulati-
mque in altum conscendere videantur, rursusque propor-
tionali circumvolutione atque descendendo quousque omnino quasi in
terra inciderint pereant. Tempore quoque aliquo interiecto
rursum apparebant quasi ab alio principio oriri atque cadere
et hec tempora et ad hec ortus occasusque quoque loca simili-
ter atque ordine certo in universum reducere. Sed stella-
rum que semper apparent circumvolutionem que circa semper idem
centrum ut celum spericum esse crederent maxime illos
compellebat. Necnon enim punctum illud celestis spere
polus efficitur, cum stellarum que sibi propinquiores sunt
in minoribus circulis revolvantur, que vero remotiores
secundum proportionem distantie maiores circulos faciunt
donec ad eas que occultantur distantia veniat. Harum
etiam propinquiores illis que semper relinquuntur breviori
tempore occultari videbantur, remotiores autem proportiona-
liter maiore. Propter hec igitur sola predictam opinionem
habuerunt. Deinde reliqua quoque consequenter intellexerunt
cum omnia simpliciter que apparent contrariis opinionibus
suo repugnent testimonio. Ita si quis stellarum
motum recte ad infinitum ferri supposuerit, veluti
quidam putaverunt, que ita via et que eo excogi-
tari poterit quare ab eodem cotidie initio ferri
cernantur? Quo enim pacto stelle in infinitum protracte

regredi possent. Aut quid regressus earum non re-
velet. Aut quod magnitudines earum ita sensim
minuerentur ut tandem nulle viderentur. Nunc vero contra
maiores quidem in ipso videntur occasu et sensim
ita occultantur ut terre superficie quasi obice contegi vide-
antur. Incendi autem ipsas a terra rursusque iterum
extingui absurdum omnino atque irrationabile videtur.
Ita si quis tanta in magnitudinibus et quantitatibus
earum et in distantiis locis atque temporibus seriem casu et
absque ratione fieri concederet. Preterea propter partem quod
alia terre nam incendendi habet, alia vero extinguendi,
vero autem eandem aliis incendendi aliis extinguen-
di et stellarum easdem aliis integras, aliis autem curta-
tas esse aliis modo. Si quis insuper hec omnia ri-
dicula concederet, quid de apparentibus semper dicemus que
nec oriuntur nec occidunt, aut quare circa ea non incenduntur
et extinguuntur non ubique illo oriuntur et occidunt. Quia
vero id minime patitur semper super terram ubique sunt. Nam
eadem non possunt aliis incendi, extingui quoque semper aliis,
cum sint istorum aliquid pati. Aperte namque patet easdem
stellas apud alios quidem oriri atque occidere, apud
alios autem neutrum istorum facere. Et ut breviter compre-
hendam quamcumque aliam motus celestium figuram preter glo-
bosam quisquam supposuerit necesse erit inequales distantias
a terra ad superiores partes corporum fieri ubicumque et quo-
cumque situ ipsius posuerimus. Ut et magnitudines et
distantie stellarum adinvicem inequales eisdem in singulis
circumvolutionibus videantur, cum non magis nec minus
distarent quod accidere nequaquam videmus. Nam quod
iuxta orizontes maior magnitudo stellarum videatur
non distantie proximitas id facit sed humida terram cir-
cumtis evaporatio cum inter visum nostrum et stellas
ipsas exhalet, veluti maiora in aliquibus submersa
videntur et quod tanto maiora quanto profundiora fue-
rint. Sed illa quoque ut sperica esse celestia sen-
tiamus compellunt, quod nulla alia sententia suppositio preter
istam sine incircumitu accidere possunt. Sive

rum celestium motus nulla re prohibeatur et facilius
omnium figurarum quod omnium in superficiebus quidem circularis
in solidis vero sperica facillime movetur. Eeque
in capaciores et diversis figuris equalem habenti-
bus ambitum ille sunt que plures angulos habent
circulus quidem planis, sperica vero solidis omnibus
capacior invenitur. Celum autem ceteris omnibus
corporibus cuiusque subtiliorum partium magisque similium
ether est superficies autem corporum que similium partium
sunt similes partes habent. Sole vero superficies in planis
quidem circulare in solidis autem sperica similium partium sunt
celum igitur ether solidus sit globosum esse necesse est.
Preterea terrestria quidem corruptibilia quod recta et
rotundis tote natura omnibus et dissimilium partium fit
constituuntur. Etherea vero divina quod orbicularia et dissimilium partium
atque sperarum. Item si plana vel concava essent non
omnibus qui et diversis terre locis in eodem tempore
conspiciunt circularis figure viderentur. Quapropter cum
volubile est ether eius quoque hec convenit nature
[illegible] quod [illegible] sit et sphericus sit et circularis
[illegible] quod [illegible]

Quod terra quoque sperica est ad sensum constitutio ad omnes partes. iiii

Quod vero et terra sui omnibus partibus accepta
sperica sit ad sensum sic maxime intelli-
gemus. Solem enim et lunam alias quoque stel-
las videre licet non statim idem in omnibus
terris oriri atque occidere, sed prius semper orientalibus
partibus, vero occidentalibus. Item que in eodem tempore
fiunt eclipses et maxime lunares non in eisdem ho-
ris id est equaliter a medie distantibus apud, sed semper
apud orientaliores omnes conscribi invenimus observa-
tas conscriptas quod horas posteriores illis fuisse que
ab occidentalioribus observate sunt. Cumque horarum earum
differentia terrarum distantie proportionalis inveniatur, non absurde
terre superficiem globosam esse quispiam affirmabit,
cum similitudo partium que per omnes partes ipsius rotunditatem
accipit proportionaliter in hiis qui deinceps sunt
servatam obviet quod accidere non posset si alia quis

sperica terre figura esset. Sed causa inde patet. Item
si concava esset occidentalioribus orientem stellis prius
videretur. Si plana in eodem tempore omnibus simul
qui in terra sunt orirentur atque occiderent. Triangularis
vero si esset aut quadrangulorum vel cuiuslibet plurium angulo-
rum figure omnibus similiter qui eandem rectam lineam
habitant quod nullatenus fieri videtur. Sed autem nec cylin-
dri quidem forma habet ita quod rotunda quidem superficies
ad ortum atque ad occasum versa sit plana quoque vero basium
latera ad mundi polos. Et quidam verisimilius aliqui puta-
verunt. Unde compertum est quod nulla umquam stella semper
quiescam habentibus superficiem cerneretur. Sed autem
prius omnibus orirentur atque occiderent aut eedem et equa-
liter ab utroque polo distantes omnibus semper apparerent.
Nunc vero quanto magis ad septentrionem progredimur tanto
plures australiorum quidem stellarum occultantur, borea-
liorum autem cernuntur, ut hinc pateat quod etiam hic terre
globositas obices proportionaliter ad latitudines faciens partium
sperarum figuram undique concludit. Ad hec si montibus aut
quibusdam altioribus locis a quovis et ad quemvis
angulum navigantes accedimus paulatim magnitu-
dines eorum accrescere videntur quasi ab ipso mari emergant
que antea submersa propter convexitatem aquosi superficiem
videbantur.

Quod terra in medio celi sita est tamquam centrum.

ac re conspecta si quis de-
inceps de situ terre tribus dicere velit
sic conspecto que ... ipsam apparent accidere
solummodo intelligendum si eam in medio
celi quod spere centrum posuerit. Item si sic se res non
habeat aut erit quod ipsa sit extra axem et equaliter
ab utroque polorum distet aut in axe ita ut ad unum
polorum magis accedat aut nec in axe nec ab u-
troque polorum equaliter distet. Ad primum igitur ex hiis
tribus situm illa maxime repugnant. Item si sursum aut
deorsum extra axem intelligatur accidet ut omni
in dispositione semper inequalia quod super terram et sub terra est ab

orizonte dissecaretur nunquam in recta spera equinoc-
tium fieret. In obliqua vero spera vel numquam vel
non. Sed in medio situ, ab alio solsticiorum estivo
dico atque hyemali ad alterum, non haberet spacia inequalia
necessario fierent, non enim equinoctialis maximus paralello-
rum circulorum qui in polis revolutionis describuntur divide-
retur ab orizonte in duo equalia. Sed unus equidista-
ntium ei vel borealium magis vel australium. Sed apud
omnes simpliciter constat hec spacia equalia esse ubique quia
et dierum ab equinoctio incrementa donec ad maximum
diem in estivalibus solsticiis perveniatur equalia sunt
dierum decrementis ad unum utriusque solsticiorum hye-
malium dierum. Si vero ad ortum vel occasum id est
ad aliquam partium earum accidat suppositio, nec inequa-
litudines et spacia stellarum secundum orientalem et occi-
dentalem orizonta equalia eadem quod eisdem fierent
nec ab ortu ad meridiem tempus equale illi esset tempori
quod a medio ad occasum est, que omnia hiis que apparent
omnino repugnant. Ad tertiam autem opinionem que
sic maxime ponitur ut ad alterum polorum magis acce-
dere intelligatur, ita rursus quispiam videbit contraria
si sic res se haberent in singulis climatibus orizontis
superficies celi partes duas que super terram et que sub-
terra est semper aliud et aliud attrahere et ad separa-
tionem ad invicem semper inequales differentes efficere-
ret nisi solummodo recta spera in duas equales posset
separare. In obliquatione autem que propinquiorem polo
facit manifestum quod partem que super terram est
minuit et subterraneam auget. Unde accidit
ut maximus quoque circulus qui per medium signorum est
inequaliter ab orizontibus plurimis dividatur quod minime
ita se habere videtur. Sex enim semper omnibus super terram
apparent. Deinde rursus sex alia sub terram integre
apparuerunt, reliqua non videntur. Ut cum principium
fiat portionis quod zodiaci in duo equalia divi-
di ab orizonte cum eidem semicirculi modo super

terram modo sub terra integre sint. Et omnino si
terra sub ipso equinoctiali sita esset. Sed ad septen-
trionem aut meridiem ad alterum polorum appulsa esset eveni-
ret ut neque ad sensum quidem in equinoctialibus diebus
orientes gnomonum umbre in equidistantibus ab
orizonte superficiebus ad rectam cum occidentalibus line-
am fierent. Sed ubique consequi apte possent. Quare
autem tertia etiam et tertia opinio locum habet. Ita-
que quibus repugnent et quod repugnat. Et ut
breviter perstringam universa series quem decerne-
bis incrementi quod dierum ac noctium esset nisi medium
terra secundum situm obtinere ponatur penitus confunderetur.
Et ad hec que deficit eclipses quod in quibuslibet parti-
bus celi accidunt non possent in opposito loco solis
fieri, cum sepius terra non in opposito. Sed in utroque
semicirculo spacii semper illis opponeretur. Quod terra

quasi punctus est ad celestia comparata capitulum 6.

Quod vero punctum sensuum ad sensum obtinet pro-
portionem terra ad spacium quod usque
ad stellarum que fixe vocantur spera ma-
gno illud argumento est quod ab omnibus terre
partibus magnitudines stellarum atque distantie in eisdem
temporibus equales site quod videntur quemadmodum obser-
vationes in diversis climatibus facte ostendunt quibus
nec minima quidem discrepantia invenitur. Acce-
dit quod gnomones in quacumque terre parte ponantur et
armillarum centra operentur idem quod centrum terre
verum proportionis eius et reductionis umbrarum
ita convenientes suppositionibus conservat apparentium
quemadmodum si a puncto quod media terra est fieret.
Quare ita se habet. Illud etiam signum est quod superficies
que undique a visibus nostris educuntur quas orizo-
ntes appellamus totam celi speram in partes equales divi-
dunt, quod non fieret si ad distanciam celestium sen-
sibiles esset terre magnitudo. Sola enim superficies
que per terre centrum educitur speram dividere posset

Equaliter a terra utrique aut eclipses et planiciei terre
subterraneas portiones huius faceret que se sustinerent

Quod terra nullo motu progressivo moveatur capitulum septimum

Ex eadem vero demonstrabitur
nullo motu terram ad partes laterales pro-
motam aut unquam relicto loco mutare
eadem enim evenirent que si alium situm
preter medium haberet accident. Quare si quis cau-
sas motus gravium ad medium querat frustra id mihi videretur
facere cum re ipsa ita manifestissimum sit. Terram enim
medium mundi locum possidere et ponderosa omnia
ferri ad ipsam. Illud autem ad istius rei intelligenti-
am facillimum est atque certissimum quod cum spera terra et
in medio totius ut diximus demonstrata sit in omnibus
simpliciter partibus eius gravium corporum inclinationes motusque
et impetus ad rectos ad illam sunt et utrimque superficie
angulos fieri que per descendentium contactum eclipsi
[illegible] ideo si a superficie
terre non retinerentur omnino ad ipsum centrum pervenirent quoni-
am recta linea etiam que recte ad centrum ducitur ad rectos
se illi planiciei per angulos accomodat que in ipso inci-
sionis contactu speram attingit. Qui autem mirabile pu-
tant non haberi alicubi necesse tantum terre pondus quod
non videtur ad spectare [illegible] sed ad passiones
suas corporis respicientes [illegible] atque ita plurimum aber-
rant. Non enim mirum eis visum iri hoc putarent si
animadverterent hanc terre magnitudinem universo continenti
comparatam corpori puncti proportionem habere. Ita enim fieri videbitur
ut proportione minimum est a re maiori quod simili-
ter undique sustineri equaliter undique inclinationibus perpen-
diculi cum nec deorsum aut sursum in mundo ad ipsum sit
velud nec in spera usquam quid intelligere quispiam
possit. Corpora que in ipso feruntur quantum ad propri-
etatem [illegible] motus sua levia quidem et que subtilium
partium sunt ad exteriora et quasi ad circumferentiam ferri
videntur quod motu ad singulorum superiora faciunt. Sic
ita fit quoniam quod super caput unicuique est quod quasi sursum
vocatur ipsum quoque ad circumferentiam superficiem tendit.
Contraria vero crassiora quoque gravia omnia ad medium

feruntur et quasi ad centrum feruntur ad inferiora cadere vi-
dentur. Itaque locus [illegible] quod sub pedibus nostris est de-
orsum quod vocatur ipsum quoque tendit ad centrum terre. Ideo non abs-
que causa circa medium hec ab impetu alterius ad alterum
et similiter undique atque equali collisione comprimantur. Sic
obiectos non inequaliter tota terre firmamentum [illegible] magni-
tudinem respectu eorum esse apparet que ad eam eorum
ponderis impetu feruntur ut quiescens undique caden-
tia in se recipiat. Sed si quis [illegible] ponderibus
[illegible] quod motus ipsius quod inesset per [illegible] magni-
tudinis excessu omnia in [illegible] deferentem preveniret
[illegible] relictis in aere animalibus [illegible] aliisque pon-
deribus ipsa velocissime extra celum ipsum cadet. Omnia
hec ridiculosissima omnium intellectu videntur. Nonnulli autem
[illegible] hec quidem con-
cedunt [illegible] sibi putant resistere posse si celum [illegible]
inmobile supponatur et terram ab occasu ad ortum in eodem
axe revolvi singulis diebus una prope revolutione
aut etiam utraque quomodocunque moveatur circa
eundem axem ut diximus. Et utriusque motum quemad-
hoc quippe fugit quantum ad apparentia quidem in stellis
pertinet nichil forsan prohibet si quis simplicius considerat sic
ista se habere. Ab accidentibus vero que circa nos et in aere
accidunt ridiculosum valde esse videbitur. Ita ut eis con-
cedamus. Sed que subtilissimarum partium ac levissima sunt
aut nullo moveri preter naturam est aut non aliter quam
ea que contra se sunt naturaliter. Cuius in aere [illegible] magis
quasi subtilium partium sunt aperte atque ponderis velocius
quam terrestria omnia ferantur [illegible]
quasi [illegible] motum sic velocem equalem quasi faciat
cum ipsa terrestria corpus nec ab aliis quidem vi
apte nonnumquam moveri posse omnis concedat. Illud nega-
re non possunt revolutionem terre si sic voluerint
omnium simpliciter motuum que circa ipsam sunt velocissi-
mam fore quippe que tantam brevi tempore revolu-
tionem absolvit ut cuncta que in ipsa non sunt uno
semper motu contrario moveri videntur ita nec nubes

unumquodque hec aliud quocumque volitantium aut precedere ad ortum aut ferri cernetur. Sed cum ipsa terra fuerit motum quo ad ortum ita respexit ut tota universa progredi ad occasum delata videretur. Ita et si avis diriget equali quasi velocitate cum ipsa cursum non magis tamquam in ipso aere comprehenderentur precedentibus ab utroque moti relinqui viderentur. Vel si per ipsam quasi aeri commixta una cum ipso ferrentur nullam tamen precedere aliquid aut retro sequi cernetur sed manerent ita ut nec in volatu nec in iactu aliud ab alio preveniret. Que omnia sic apte fieri possent rerum et illa tarditas omnis nullaque velocitas cum terra fixa non stet cuncta ipsa videatur.

Quod duplex in celo primorum motuum differentia est capitulum octavum

His suppositis ratio ad proprietates doctrinas iterum quia prelibasse ac adherens summatim dixisse sufficiat ab ipsa cum ceteri que consequentur et deinceps declarabuntur ad ea que apparent convenientia sic consonabunt et comprobabuntur quod vix refutari nequeat. Sed ad hec illud quod ut aliud quidam putant quamquam non minima plaudi quod due primorum motuum in celo dicuntur. Altera qua omnia in occasum ab ortu feruntur semper et eque velociter in equedistantibus inter se circulis qui a polis per spere describuntur illius que omnia equaliter circuit. Horum maximus circulus equinoctialis vocatur quem polis ipse ab orizonte qui per maximus est in duo equalia perdividit et solis revolutio que in eo fit equinoctium utrobique ad sensum facit. Altera qua stelle percont contrarium motum in aliis et in aliis polis prime revolutionis progressus faciunt quosdam. Hec ita se habet suppositum. Prima et quotidiano quidem apparet universa simul celestia in uniformibus et equidistantibus equinoctiali circulo locis ipsis ortus medii quasi celi ascensus et tandem occasus facere cernuntur que res ipsius primi eius tamen proprie est. Ex frequentiori autem observatione atque continua cetere omnes stelle eas distantias quas inter se habent conservare videntur et proprietates suas quas habent ad loca primi motus

spera eodem modo maxime solem aut atque lunam erraticas quod stellas progressiones facere quasdam cernimus et si nature atque inter se inequales omnibus tamen ut ad ortus contrarios que prius a ferentibus rapidum distantias stellis et ab una quasi spera reductis. Si ergo singuli erraticarum progressus stellarum in equedistantibus ab equinoctiali circulis fieret id est circa eos polos a quibus prima efficitur revolutio simpliciter potuit quispiam posset unam eandem quasi omnium esse revolutionem que primam sequitur credibile magis videtur progressu earum non esse oppositum motum. Sed cum relinquuntur nunc vero simul cum progressibus ad ortum ad septentrionem eas ut meridiem accedunt ita ut nec quantitates quidem huius accessus equalis ~~huius acce~~ conspiciatur ut hoc accidat quasdam in ipsis si videatur. Quod ad hanc estimationem necesse sit. Quoniam inordinate quod ab obliquo ad equinoctialem circulo efficitur. Unde eius circulus unus atque idem et erraticarum proprius esse comprehenditur. Quoniam sic exquisitius a motu solis describitur in quo sol et luna et erratice semper feruntur nec unquam ab invicem per ipsum ad utramque partem accessu cadere. Unde quoniam et maximum hunc circulum esse cognoscitur. Ita et in equinoctiali et borealior et australior ipso sol fit. Et in uno eodem quasi illo ut diximus erraticarum omnium progressus ad ortum sunt. Necesse fuit alterum ab illo motu hunc constitui circa polos obliqui circuli se invicem et contrarium primum motum moveri. Si ergo describi per utrosque predictorum circulorum polos maximum circulum intelligimus qui necessario utrumque illorum equinoctialem dico atque obliquum in duo equalia ad rectos secabit angulos et in obliquo circulo puncta fient. Duo quidem ab equinoctiali opposita invicem que vocantur equinoctialia quorum quod ad septentrionem a meridie procedit vernale. Quod huic oppositum est autumnale nuncupatur. Et duo que sunt a circulo inter utrosque polos descripto et ipsa opposita invicem hec solsticialia nominantur quorum quod ab equinoctiali meridie est hyemale quod a septentrione estivale vocatur. Intelligitur autem unus ille primus quod motus qui ceteros continet sidus vero atque multiplex continetur quidem a primo ipse vero erraticarum sperarum continet. Hec feruntur quidem a polis ut diximus. Revolutionem in contraria in obliqui circuli polis qui eos etiam semper in circulo a quo prima descripto sunt. Hoc est in eo qui per utrosque

polos et equabiliter vero cum ipso circumducuntur secundum latitudinem in qua eundem situm cum descripto per ipsos circulo magno et ad equinoctialem obliquo servat. Sed ista quidem que globaliter summatim atque precipita ita breviter comprehensa erant exposuit. Nunc vero specialis demonstrationis aggrediendi principium esse arbitror eam quantitatem arcuum qui inter predictos polos maximi per eos descripti circuli qui notus sit comprehenditur necessariam esse videmus. Ut prius quantitatem cordarum linearum necessariam que in circulo protrahuntur ex quibus cum notiores sint lineis singula demonstrare.

De quantitate cordarum linearum que in circulo protrahuntur capitulum nonum

Ad ad facilitatem vero usus quantitates earum etiam in tabulas faciemus. Et circumferentiam circuli totam in 360 portiones dividemus et arcum per medium quem invenimus cordas subtensas lineas accomodabimus id est quot portionum sint ita exponemus cum dyameter per centrum 120 portionum dividatur. Sed prius autem demonstrabimus quo quam maxime possibile sit per eadem pauca que theoremata brevem ac facilem intelligentiam quantitatem earum faciemus ut non solum erit magnitudines earum habeamus verum per lineas demonstrabilem vero facile possimus certata comprehendere. Utemur autem ubique numeri vero sexagenario modo ut fractionum difficultas non impedimento sit multiplicationes vero atque divisiones sic faciemus ut proximum est esse quod vero propinquum quod nullo vel quod parum differat ab eo quod a sensu comprehenditur.

Sit ergo semicirculus a b g cuius centrum d dyameter vero a g et ex centro d per rectos angulos ad a g dyametrum d b linea protrahatur. Dividatur quoque d g in duo equalia per punctum e. Et coniungatur e b cui e f constituatur equalis et coniungatur f b. Dico f d quidem lineam decagoni, b f autem pentagoni latus esse. Quia cum d g recta linea in duo equalia super punctum e divisa est et ei d f linea recta in longum addita est quadrangulum quod sub g f et f d continetur una cum quadrato lineae e d quadrato illi equale est quod ex e f linea in se ducta efficitur. Quadrato illi vero quod est ex e b equalis cum posita est e b linea ipsi f e.



Sed quadrato ipsius e b quadrata e d et d b linearum equalia sunt rectangulum ergo quod sub g f et f d continetur sunt cum quadrato lineae d e equale illis quadratis est que ex b d et d e lineis constituuntur. Communi vero e d lineae quadrato quod utrumque aufertur relinquitur quod ex g f et f d rectangulum constituitur quadrato b d equale est. Communi quadrato ergo d g linea ergo f g secundum proportionem habentem medium et duo extrema in puncto d divisa est. Exagoni ergo sexanguli et decagoni que in eodem circulo inscribuntur latera si eandem rectam continua efficiunt lineam secundum proportionem habentem medium et duo extrema dividuntur. Est ergo linea g d cum a centro sit sexanguli et decagoni que in eodem circulo inscripta sit. Est que b f latus rectanguli b d f quadratum b d lineae que sexanguli et d f que decagoni sit equum ergo ut diximus circuli diametri 120 portionum esse supponimus erit ergo illa que iam demonstrata sunt de linea cum eius a centro est medietas sit portionum 30 et quadratum eius 300. b d autem cum a centro sit portionum est 60 et quadratum eius 3600 quadratum vero e b lineae quod est quadratum e f eiusdem 4500 61 et 44 et reliqua d f earundem 31 et 44 decagoni ergo latus quod 36 huiusmodi portionum arcui subtenditur quales circulus habet 36 erit 31 et 44 quales dyameter habet 120 rursus quoniam d f portionum est 31 et 44 et quadratum eius 13 4 et 14 est autem et quadratum lineae d b 3600 earundem que cum simul coniunctae quadratum lineae b f constituunt quod est 29 14 et 14 erit b f lineae longitudo portionum proxime 10 32 3 que latus est pentagoni quod 72 portionibus subtenditur quales circulus habet 360 earundem 10 32 3 quales dyameter 120. Patet autem per se exagoni quod latus quod 60 subtenditur portionibus et semidyametro equale est portionum esse 60. Sed quia quadrati latus quod 90 portionibus subtenditur in potentia semidyametro duplum est et trianguli latus quod 120 portionibus subtenditur triplum eiusdem in potentia est cum semidyametri quadratum sit 3600 colligetur quadrati latus quadratum 7200 latus vero trianguli

10800 similiter longitudo corde que 90 gradibus subtendi-
tur similiter est partes 84 51 10 quoniam dyameter 120
ergo vero 120 gradibus subtenditur erit eadem 103 55 23
Sed iste non ita faciles ad perceptionem accepte sunt

Correlarium primum

Cum compertum est datis quibuslibet lineis facile illas esse
dari que reliquis ad semicirculum arcubus subtenduntur cum
quadrata earum composita dyametri quadrato efficiant, longitudo
vero que 36 gradibus subtenditur 37 4 55 porcionum esse
demonstrata est et quadratum eius 1375 4 15 dyameter vero
quadratum porcionum 14400 erit corde qua reliqui ad
semicirculum gradus 144 subtenduntur quadratum 13024 55
45 et longitudo eius fere 114 7 37 prime in elementis
ostensum est. Sed quemadmodum ab istis reliquas posse earum
videbimus deinceps demonstrabimus si prius parvulum ad hoc
necessarium theorema preposuerimus

Theorema secundum

Sit ergo in circulo a b g d quadrilaterum quodlibet sicut forte re-
perit figura descripta et protrahantur a g et b d. Demonstran-
dum quod quod fit ex a g et b d lineis continetur equale
utrisque simul illis est que ex a b in d g et ex a d
in b g continentur. Sit enim angulo b d g angulus e b a
equalis. Si ergo communem addamus angulum e b d erit totus an-
gulus a b d toti angulo e b g equalis. Est autem b g e
eidem enim arcui subtenduntur. Trianguli ergo a b d et
b g e equiangulum fuisse similiter proportionalia habent sicut b g
ad g e sic b d ad a similiter quadrangulum quod ex b g in a d
equale illi quadrangulo est quod ex b d et g e continetur. Rur-
sus quoniam a b e angulus angulo g b d equalis est et
similiter b a e ipsi b d g triangulus abe
equalium est angulorum triangulo b d g. Erit
proportionaliter sicut a b ad a e sic b d ad
d g. Est igitur quadrangulum quod ex a b
et d g lineis continetur. Erat ergo totum
esse quadrangulum quod est ex a g in
b d equale utrisque que sunt ex a b in
d g et ex a d in b g quod erat de-
monstrandum

Theorema tertium

Hoc ita exposito sit semicirculus
a b d g super dyametrum a d et due
linee a b et a g ab a puncto protra-
hantur. Sit autem utraque earum data in magni-
tudinis secundum quam porcionum secundum quas in



dyametro datur 120 et coniungatur b g. Dico quoniam et
linea b g datam esse. Ducantur enim
linee b d et g d. Ipsas ergo datas esse
notum est cum residuis ad semicirculum
arcubus subtendantur. Cum ergo in
semicirculo in a b g d quadrangulum in-
scriptum est erit quadrangulum quod fit
ex a b in g d una cum eo quadrangulo
quod est ex a d in b g equale qua-
drangulo illi quod ex a g in b d continetur. Est autem
quadrangulum quod fit ex a b in d g datum ergo reliquum
quod est ex a d in b g datum est. Sed dyameter que a d
data est. Data igitur erit linea b g. Hic manifestum
est si duo arcus et linee que illos subtendunt dabuntur
hoc theoremate posse nos alias que lineas inter eorum
a datis excessibus invenire. Et illa erit que 12 gradibus sub-
tenduntur cum habeamus 60 graduum arcus cordam et
eam que 72 gradibus subtenditur. Sit rursus proposito dato
in circulo linea medietatis subtensi arcus cordam invenire.

Theorema quartum

Sit ergo semicirculus a b g
super dyametrum a g et data linea sit g b. arcus
vero g b in duo equalia in puncto d dividatur et du-
cantur linee a b a d b d d g et a d autem ad a g
perpendicularis d f deducatur. Dico f g medietatem esse ex-
cessus a b et a g linearum. Ponatur enim a e linea
linee a b equalis et protrahatur d e. Et quoniam a b linea
equalis est ipsi a e sit a d communis erunt et linee
a b et a d duabus a e et a d altera alteri equales.
Est autem angulus b a d angulo e a d equalis.
Quare basis quoque b d equalis est basi d e.
Est autem ipsi b d ipsi d g erat equalis.
Est ergo d g ipsi d e equalis quoniam igitur
a vertice d e g trianguli duorum equa-
lium laterum ad basim eiusdem perpendicularis
deducta est e f linea
erit f g equalis. Sed e g totus
linearum a b et a g excessus est et f g igitur excessus
ipsius medietas est. Similiter cum b g arcus corda
data sit et a b sit cum ad semicirculum residua sit





Habitur ergo f g que a g et a b linearum differentie medietas est. Item quoniam in orthogonio triangulo a g d perpendicularis d f duo trianguli a d g et d g f equiangulares efficiuntur, erit quoniam sicut a g ad g d sic g d ad g f. Erit ergo quod sub a g et g f rectangulum continetur equale quadrato linee d g. Secundo loco ergo d g que b g arcus medietatem subtendit data est. Et ita per hoc theorema et alia multa per medietatum proportionem habuimus et medietatis 12 partium corde que sunt sextantis et que tres et que unius et dimidio et que dimidii unius partis et cetera. Est autem modus per comparationem inventa unius partis et dimidio cordarum stare esse proxime. Quod est quarta 120 et medietatis earum sunt secundum ut est 8.

Theorema 5tum Sit semicirculus a b g d e super dyametrum a d et in centro f, et de puncto a duo arcus dati sint a b et b g et continuantur a b et b g linee ipse quoque sunt date. Dico si a g coniuncta fuerit ipsam quoque haberi. Ducatur ergo f b dyameter circuli que sit b f e et continuentur linee b d, d g, g e, d e. Patet quod ex ceteris ipsius linee b g dabitur quadrangulum in circulo continetur. Et b d, g e due linee ab angulis ad angulos deducte rectangulum quod sub ipsis continetur equalis utrisque sunt que sub oppositis lateribus efficiuntur. Secundo quoniam rectangulum linearum b d et g e datum est et sic quadrato b g et d e dabitur ergo quod sub b e et g d continentur. Sed dyameter quoque b e data est. Reliqua ergo g d data est. Et propter hoc ergo g a que ad semicirculum residua est. Secundo si duo arcus et corde sue date fuerint dabitur ergo per hoc theorema corda que differentie arcuum illi per comparationem subtenduntur. Propositum ergo est. Secundo si ad oppositas per omnes earum comparationem que unius gradus et dimidio subtendunt et oppositas complebimus semper insertam que duplicate statim plenam habebimus et per eorum reliquas que inter spatia unius gradus et dimidio sunt due in singulis ... per medietatem gradus inveniende facillime fiunt. Secundo simili gradus modo invenimus ipsa per comparationem datarum linearum quibus spatia continentur tam per ... v



... necessarias nobis que intra datas sunt facile replebit. Unde cum data sit corda unius et medie partis arcus subtenditur que eiusdem arcus ... subtendit ... et lineas. Hec si ... ... harum ... ad cordam unius et medie gradus et a corda medii partis ... unius ... inveniemus theoremate uno proposito quod et si non quantitates possit determinare ... imitatorum. Dico igitur quia si due inequales linee in circulo producantur maior ad minorem proportionem habebit quam arcus maioris ad arcum minoris. **Theorema 6tum** Sit ergo circulus a b g d et signentur in eo due inequales linee quarum minor sit a b maior vero b g. Dico quod b g linea minorem habet ad b a quam b g ad arcum b a. Dividatur ergo a b g angulus in duo equalia per lineam b d et continuantur a e g et a d et g d linee. Cum ergo a b g angulus in duo equalia per b e d lineam divisus est, linea quidem g d equalis est linee a d, linea vero g e maior est quam linea e a. Ducatur ergo a puncto d ad e g linea d f perpendicularis. Et quoniam a d maior est quam d e et e d quam d f, circulus qui centro d et spatio d e describitur a d quidem lineam dividet, d f vero lineam supergredietur. Designetur ergo circulus e t et producatur d f d t. Quoniam igitur d e t sector d e f triangulo maior est, triangulus autem d e a sectore d e i maior, habebit d e f triangulus minorem proportionem ad triangulum d e a quam d e t sector ad d e i sectorem. Quoniam sicut se habet triangulus d e f ad triangulum d e a sic se habet e f linea ad lineam e a. Sicut ergo d e t sector ad sectorem d e i se habet sic se habet e f linea ad lineam e a. Sic ergo d e t sector angulus f d e ad angulum e d a. Secundo linea f e minor est proportionem ad e a linea quam f d e angulus ad angulum e d a. Secundo



quintum quoque linea f.a. minoris est proportionis
ad lineam e.a. quam angulus f.d.a. ad angulum a.d.e. Ey-
dem modo quoque dupla g.a. linee minorem habet
proportionem ad lineam e.a. quam angulus g.d.a. ad
angulum e.d.a. Dempta enim est linea g.e. ad line-
am e.a. minorem habet proportionem quam angulus g.d.e.
ad angulum e.d.a. Sed sic se habet linea g.e. ad li-
neam e.a. sicut se habet linea g.b. ad lineam b.a. Et sic
se habet angulus g.d.b. ad angulum b.d.a. sicut se habet arcus
g.b. ad arcum b.a. Linea igitur g.b. minorem habet propor-
tionem ad lineam b.a. quam arcus g.b. ad arcum b.a.

Theoma vii Hoc ita proposito describam circulum
a.b.g. et protrahantur in eo due inequales linee a.b.
et a.g. supponatur quod dimidiam proportionem graduum unius et
quartam unius subtendat per lineam a.b. et linea vero
a.g. gradus unus subtendat. Et quia a.g. linea
minorem proportionem habet ad lineam a.b. quam a.g. arcus
ad arcum a.b. Est quoque a.g. arcus sesquitertia



proportione ad arcum a.b. Erit g.a. linea
ad lineam b.a. minor quam sesquitertia. Demon-
strata est autem a.b. linea [struck] 0 47 8
earum portionum quales dyameter habet 120. Li-
nea igitur g.a. minor est quam [struck] 1 2
50 earundem, hec enim in sesquitertia propor-
tione sunt ad 0 47 8. Rursum in eadem
descriptione supponamus unum gradum b.a.
et unum atque dimidium a.g. linea subtende-
re. Ergo cum a.g. arcus per sesqualtera est
ad a.b. arcum, erit g.a. linea minor quam
sesqualtera ad lineam b.a. Sed a.g. linea demon-
strata est esse in 1 34 15 qualium dyameter est
120. Linea igitur a.b. maior est quam portionum earum
in 1 2 50. Ad has enim sesqualteram habet proportionem in
1 34 15 predicte. Linea quam que unum gradum subtendit
linea et maior et minor eis demonstratur. Ita quod
habebit de partibus 1 2 50 proxime quarum est dya-
meter 120. Ita quod medium gradum subtendit
habere invenitur quod habet 0 31 25 proxime de dictis
partibus. Hoc igitur modo ut diximus reliqua

partita complebuntur. Unum vero circa quamlibet precedentium
duorum graduum arcus corda invenimus. Quoniam me-
dii gradus ad unum et dimidium demonstrata per pro-
cessum autem qui est ad tres gradus duorum et dimidio
graduum corda tabulatur. Et sic in reliquis. Sed negotium
de cordis in circulo linearum sicut puto facillime
explanatum est. Verum ut paratas linearum quantitates
cum opus fuerit habeamus, tabulas eas usum medio-
critatis causa subiciemus. Quarum prime partes arcuum
quantitates medio graduum accrescunt. Continebunt secunde
cordarum quantitates arcubus accommodatas quarum dya-
meter 120 partium supponitur. Tercie tricesimam cordarum in
singulis semigraduum incrementis partem, ut unius
sexagesimi media earum habita facile particulas usque
ad 30 quantitates computemus. Hinc si errorem
sequentibus tabulis accidere facilis et inquisitio et emen-
datio fiet, vel a dupli arcus ad arcum qui nominatus
corda, vel ab excessu duarum que date sunt, vel a re-
siduo ad semicirculum arcus corda. Est autem ta-
bularum descriptio hec

Tabula cordarum et arcuum ·X·

arcuum	Cordarum gra	pa	2a	Sexagesimarum pa	2a	3a
÷	0	31	25	1	2	50
1	1	2	50	1	2	50
1÷	1	34	15	1	2	50
2	2	5	40	1	2	50
2÷	2	37	4	1	2	48
3	3	8	28	1	2	48
	3	39	52			48
	4	11	16			47
	4	42	40			47
	5	14	4			46
	5	45	27			45
	6	16	49			44
	6	48	11			43
	7	19	33			42
	7	50	54			41
	8	22	15			40
	8	53	35			39
	9	24	54			38
	9	56	13		2	37
	10	27	32		2	35
	10	58	49		2	33
	11	30	5	1		32
	12	1	21	1		30
	12	32	36	1		28
	13	3	50			27
	13	35	4			25
	14	6	16			23
	14	37	27			21
	15	8	38			19
	15	39	47			17
	16	10	56			15
	16	42	3			13
	17	13	9			10
	17	44	14		2	7
	18	15	17		2	5
	18	46	19		2	2
	19	17	21		2	0
	19	48	21		1	57
	20	19	19		1	55
	20	50	16		1	52
	21	21	11		1	48
	21	52	6		1	45
21÷	22	22	58	1	1	42
22	22	53	49	1	1	39
22÷	23	24	39	1	1	36

arcuum	Cordarum gra	pa	2a	Sexagesimarum pa	2a	3a
23	23	55	27	1	1	33
23÷	24	26	13	1	1	3
24	24	56	58	1	1	26
	25	27	41		1	22
	25	58	22		1	19
	26	29	1		1	15
	26	59	38		1	11
	27	30	14		1	8
	28	0	48		1	4
	28	31	20		1	0
	29	1	50		0	56
	29	32	18		0	52
	30	2	44		0	48
	30	33	8		0	44
	31	3	30		0	40
	31	33	50		0	35
	32	4	8		0	31
	32	34	22		0	27
	33	4	35		0	22
	33	34	46		0	17
	34	4	55		0	12
	34	35	1	1	0	8
	35	5	5	1	0	3
	35	35	6	0	59	57
	36	5	5	0	59	52
	36	35	1	0	59	48
	37	4	55	0	59	43
	37	34	47		59	38
	38	4	36		59	32
	38	34	22		59	27
	39	4	5		59	22
	39	33	46		59	16
	40	3	25		58	11
	40	33	0		58	5
	41	2	33		58	0
	41	32	3		58	54
	42	1	30		58	48
	42	30	54		58	42
	43	0	15		58	36
	43	29	33		58	31
	43	58	49		58	25
	44	28	1		58	18
44	44	57	10	0	58	12
44÷	45	26	16	0	58	6
45	45	55	19	0	58	0

45÷	46	24	19	0	57	54
46	46	53	16	0	57	47
46÷	47	22	9	0	57	41
	47	51	0	0	57	34
	48	19	47	0	57	27
	48	48	30	0	57	21
	49	17	11		57	14
	49	45	48		57	7
	50	14	21		57	0
	50	42	51		56	53
	51	11	18		56	46
	51	39	42		56	39
	52	8	0		56	32
	52	36	16		56	25
	53	4	21		56	18
	53	32	38		56	10
	54	0	35		56	3
	54	28	40		55	55
	54	56	42		55	48
	55	24	26		55	40
	55	52	26		55	33
	56	20	12		55	25
	56	47	50		55	17
	57	15	33		55	9
	57	45	7		55	1
	58	10	38		54	53
	58	38	5		54	45
	59	5	27		54	37
	59	32	54		54	29
	60	0	0		54	21
	60	27	21		54	12
	60	54	17		54	14
	61	21	19		53	56
	61	48	17		53	47
	62	15	10		53	39
	62	42	0		53	30
	63	8	54		53	22
	63	35	57		53	13
	64	2	2		53	4
	64	28	35		52	55
	64	55	1		52	46
	65	21	24		52	37
66÷	65	47	55	0	52	28
67	66	13	57	0	52	19
67÷	66	4	7	0	52	10

68	67	6	11	0	52	1
68÷	67	32	12	0	51	52
69	67	58	8	0	51	43
69÷	68	23	49		51	33
	68	49	24		51	23
	69	14	57		51	14
	69	40	4		51	4
	70	6	36		50	55
	70	32	3		50	45
	70	57	26		50	35
	71	22	44		50	26
	71	47	56		50	16
	72	13	4		50	6
	72	38	7		49	56
	73	3	5		49	46
	73	27	58		49	36
	73	52	46		49	26
	74	17	29		49	16
	74	42	7	0	49	6
	75	6	39	0	48	55
	75	31	7	0	48	45
	75	55	29		48	34
	76	19	46		48	24
	76	43	56		48	13
	77	8	5		48	3
	77	32	6		47	52
	77	56	2		47	41
	78	19	52		47	31
	78	43	38		47	20
	79	7	18		47	9
	79	30	52		46	58
	79	54	21		46	47
	80	17	44		46	36
	80	41	3		46	25
	81	4	15		46	14
	81	27	22		46	3
	81	50	24		45	52
	82	13	19		45	40
	82	36	9		45	29
	82	58	54		45	18
	83	21	33		45	6
	83	44	4		44	55
89	84	6	32	0	44	43
89÷	84	28	54	0	44	31
90	84	51	10	0	44	20

90÷	85	13	20	0	44	8
91	85	34	24	0	43	57
91÷	85	57	23	0	43	45
	86	19	15	0	43	33
	86	41	2	0	43	21
	87	2	52	0	43	9
	87	24	17		42	57
	87	45	45		42	45
	88	7	7		42	33
	88	28	24		42	21
	88	49	34		42	9
	89	10	39		41	57
	89	31	37		41	45
	89	52	21		41	33
	90	13	15		41	21
	90	33	55		41	8
	90	54	29		40	55
	91	14	56		40	42
	91	35	17		40	30
	91	55	32		40	17
	92	15	40		40	4
	92	35	42		39	52
